ANASTASIS
CORTICIS PERVVIÆ,
SEV
CHINÆ CHINÆ
DEFENSIO,

SEBASTIANI BADI GENVENSIS

Patrij vtriuſque Noſocomij olim Medici,

Et

Publicæ Sanitatis in Ciuitate Conſultoris.

Contrà

VENTILATIONES
IOANNIS IACOBI CHIFLETII,

GEMITVSQVE

VOPISCI FORTVNATI PLEMPII

Illuſtrium Medicorum.

Opus in tres libros diſtinctum, & in eis Documenta Medicinæ, & Philoſophiæ.

ILLVSTRISSIMÆ D.

THERESIÆ SPINVLÆ, SAVLI.

GENVÆ, Typis Petri Ioannis Calenzani, M. DC. LXIII.

Superiorum venia.

Digitized by Google

Del Molto Reuerendo Padre

D. AGOSTINO DE CONTI DELLA LENGVEGLIA

AL SIGNOR SEBASTIANO BADO

Per lo ſuo Libro della China Chinæ,

Dedicato all'Illuſtriſſima Signora

TERESA SPINOLA, NE' SAVLI.

SONETTO.

SE con la penna à ſaggia menſa aſſiſo
Candidi fogli ricamaſti à nero,
Le tinte carte hai d'illuſtrar penſiero,
E l'offri à tal, che tanta luce hà in viſo?

A meditar la Polue eri già fiſo;
Hor ſei di vn SOL contemplatore altero?
Paſſi da inchioſtri a' Rai; dimmi il miſtero:
Anzi BADO no'l dir, che lo rauuiſo.

Notti, e dì conſumaſti in dotta impreſa
La Luna, e'l Sol nel letterato impegno,
Fur doppia face à tue vigilie acceſa.

A i due lumi benefici, hor dai ſegno
Di cuor grato, e gli Studi offri à TERESA,
Ch'è CINTHIA alla Beltà, FEBO all'Ingegno.

CAN

Digitized by Google

§. II.

Ex litteris Doctiſſimi Patris Honorati Fabri Soc. Ieſu, In Eccl. Magna *D. Petri Romæ Rect. Pænitentiarij.*

Ad Dominum Sebaſtianum Badum.

SCriptum à te libellum contrà Protimum illum Belgam cum ſumma voluptate legi; nec in eo iuxtà illum finem, quem in eo ſcribendo tibi propoſueras, quidquam deſidero, &c.

In *cauſa facti*, vt vocant, quam vnam ſuſceperas, aduerſarium omninò profligaſti. Auidè expecto aliud opus contrà Chifletium, qui forte & Protimus eſt, vt ſtyli ratio demonſtrat &c.

---

§. III.

EPISTOLA.

Adm. Reu. P. Ioan. Auguſtini ex Comitibus Linguiliæ C. R. Somaſch. *noſtri Æui Chryſoſtomi, & Suadæ Medullæ.*

Doctiſſimo Viro, ac *Eccellentiſſimo Medico Sebaſtiano Bado.*

Ioannes Auguſtinus *ex Comitibus Linguiliæ.*

AEſtuant, Bade mi, eruditorum ingenia, & optatiſſimi voluminis tui deſiderio, febrili quadam ſiti torquentur. Cur illis tandem ſaluberrimum illud tuum de China Chinæ poculum non propinas? cur ſelectam de hoc pharmaco vindemiam, non maturam modò, ſed prelis ſubijci geſtientem, Typographorum Torcularibus inuides? Amariſſima ſit hæc inter medicas potiones, ſtylo tuo condita, merum mel ſapiet, & etiam cynicos ipſos video, aut ſepoſitis dentibus, aut otioſis, nectareas voluminis tui paginas non mordere, ſed lambere. Lau-

dabunt certè calami tui culturam ergà tranſmarinam arborem, non foliorum tegmine, ſed Corticis puluere ægrotantium ardoribus obumbrantem. Scio te ad hanc editionem acutiſſimis laudum ſtimulis prouocatum ab *Emin. Cardinali de Lugo*. Quod ſumma ſollicitauit auctoritas, quis adhùc ſcrupulus remoratur? Non debuerunt poſt tanti Viri laudes, meas addere, nec paſſata encomia ſubtexere purpuratis. Sed illuſtria Auctorum nomina nil claritatis deperdunt, ſi iàm minio depicta efformentur, & atramento. Viue diù, vt ſcribas, ſcribe, vt diutiſſimè viuas, & vale Columen publicæ incolumitatis.

§. IV.

Ex M. S. Tractatu *de China China* Doctiſſimi Viri *Ioſeph Villerobel*, D. Ludouici de Guzman Ponze de Leon, pro Rege Cath. apud Alex. VII. In Vrbe *Oratoris Medici*.

Circa ſecundam Epiſtolam Greg. Glantz. Cæſarei Medici, & tertiam Recent. Manual. [illegible] quid dicam habeo *&c.* Siuè tamen veræ ſint, ſiuè fictitiæ, tàm acutè, tàm doctè à præcitato Sebaſtiano Bado impugnantur, vt alijs pulueris tutoribus nullus locus ſuperſit.

§. V.

Ex Litteris cl. Viri *Hieronymi Bardi*, ad *Vopiſcum Plempium*.

SED quanti, *ait*, & parui momenti ſint (*obiecta à Protimo*) oſtendit Badus, qui primus Protimum caſtigauit, vt ex eius opuſculo videbis. *Subdit poſteà eidem*.

Et miror valdè, quod illi Viri adeò inſignes, Sereniſs. Leopoldi Archiatri, ipſi dignum facere reſponſum, (*ſcilicet Bado.*) timuerint. *Hæc Scribebat* Hieronym. Bardi *Vopiſco Plempio*.

§. VI.

Innocentiſſimi Medici
Medicamen Innocentiſſimum.
Ambo
Omnibus Proſunt,
Nemini Nocituri.
BADVS
Aegrorum Spes, Salus,
Patriæ Gloria,
Nouus Liguſticus Columbus
Antiquum Aemulatus:
Vt ille,
Salutem Indis attulit ex Europa,
Sic iſte,
Europæ ex India attulit Puluerem ſalutarem.

---

§. IX.

POLITISSIMI VIRI P. D. IOAN. BAPTISTÆ RICCII CLER. REG. SOMASCHENSIS,

Muſarum Iubaris.

ODE

AD SEBASTIANVM BADVM Phyſicorum Excell. de Puluere Peruuiano vulgo dicto China Chinæ.

BADE Galeni celebris propago
Qui chori princeps Medici, ſorores
Sæua quæ ducunt retines medendo
Stamina vitæ.
Quos tuis ſoluet meritis honores
Pulueris dono cumulatus Orbis

Quæ

Quæ die terna veniens febrilis
Pellitur ardor.
Puluis vt fertur tenues in auras,
Quam fugant albis Zephyri quadrigis,
Pertinax Euri furor, & ſonorus
Imbribus auſter?
Hac placet puluis magè puluere omni,
Quæ fluit Tagi pretioſa riuis:
Mi placet, quam ſi riguoque cœlo
Depluat aurum.
Corpus Æthneis febribus laborans
Puluere argenti, aut nitidi lapilli
Mille non gemmis comitante fuluo
Indiget auro.
Puluerem vult ſolum animata tellus,
Quam vehunt curuæ pelago carinæ
Indicæ, fiat febre macerante
Ne citò puluis.
Hinc tibi grates referent nepotes
At tuum ſemper celebrabit ætas
Nomen; hoc nunquam timeas inani
Puluere ſcribat.

---

§. X.

CANONICI BASILII ZANCAROLI,

Ex Regni *Cretæ* Feudatarijs, Viri *eruditiſſimi.*

ELOGIVM.

Quiſquis es
Non iàm ampliùs mortem luge latitantem in puluere,
Sed lege fauſtam tibi ſortem cum puluere propinatam;
Euaſit auſpicium longæue felicitatis, & vitæ
Cuius vel ſolam memoriam exhorreſcimus,
Eſſe itaque ſi times puluis,
Eſſe propera puluerem.

§. XII.

Del Molto Reuerendo Padre
GIROLAMO TORRIGLIA DE PADRI SOMASCHI,
E delle Muſe Amico.

Al valore del Signor
SEBASTIANO BADO,
A cui profeſſa la vita
IL SIGNOR CARDINALE DONGO,
E la ſalute vn Popolo intiero.

SONETTO.

FArmachi non ancor il Mondo hauea,
Per rintuzzar di Libitina i mali,
E le ferite de ſuoi fieri ſtrali,
Con danno ineuitabile piangea.

A riparar ſuentura tanto rea,
Mandò Eſculapio il Ciel quà trà mortali,
Dio la Grecia ſtimollo, e honori eguali
Die, quali offriua à la ſua armata Dea.

BADO, tuo ſenno ha vanti aſſai maggiori,
Mentre dai ſpirto à moribonda vita,
Farmaco à gli anni, ed à l'età riſtori.

Te qual ſuo Nume ciaſcheduno addita,
E Altare il petto: ſono voti i cuori,
E Miracolo viuo Alma guarita.

Digitized by Google